Universitätsbibliothek Paderborn

# Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

cap. 12. De quarto modo amandi Deum per viam desiderii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

amorem Angelorum, ad minus ab amore hominum
capiamus exemplum, & eodem fervore, quo homines
mundani inſerviunt creaturis, easque diligunt, diliga-
mus nos Deum: *Nihil abſurdum*, docet Climacus, *Clim. grad.*
*vel iniquum facere videbimur, ſi ab humanis rebus amo-* 30.
*ris Dei exempla cœperimus.* Unde concludit: ***Beatus,***
*qui tali in Deum fervet amore, quali turpis amator in eam*
*mulierem, quam diligit, flagrat.* Hoc idem affirmat
S. Joannes Chryſoſtomus, dicens, amatorem Chriſti *S. Chryſ.*
debere ſe gerere mundani inſtar amatoris vano turpique
obcæcati amore: *Sicut procus, qui non ſpectat niſi ama-*
*ſiam, & amaſia, fit ei omnia.* Conſidera, quomodò
talis amans de alio non cogitet, non loquatur, nihili
æſtimet divitias, ſanitatem, imò propriam vitam; & talis
eſſe procura erga Deum: *ne filij hujus ſæculi prudentiores* *Luc. 16.*
*ſint filiis lucis*, ne filij hujus ſæculi diligentiores ſint in
quærenda ſua perditione, quàm nos ſimus in procuran-
da ſalute noſtra.

# CAP. XII.

## *De quarto modo amandi Deum per viam deſiderij.*

AMor nil aliud eſt, quàm deſiderium unionis, qua
quis intimiori poſſibili modo unitur rei amatæ.
Unde Apoſtolus vocat amorem Dei *Deſiderium diſſol-* *Philip. 1.*
*vi & eſſe cum Chriſto.* Hunc amorem exercere debe-
mus erga Chriſtum.

Conſidera Chriſtum, quomodò ſit *Totus deſiderabilis,*
*Finis deſideriorum, Electus ex millibus.* Conſidera eum *Cant. 5.*
uti vitam noſtræ vitæ, cordis noſtri centrum, finem no- *S. Aug.*
ſtrorum deſideriorum. Ut famelicus deſidera Panem
veræ vitæ; ut ſitibundus accurre ad fontem aquæ vivæ:
ut miſer, pauper & omni orbatus bonô anhela ad eum,
qui ſolus te beare poteſt.

Tale fuit exercitium ſanctum & continua occupatio
Sãctorũ, vivere in deſideriô Chriſti: *Mihi vivere Chriſtus*
*eſt*, dicebat Apoſtolus: vita mea eſt deſiderium Chriſti;



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vita mea ſuſtentatur per deſiderium Chriſti, re
vitæ meæ nonniſi deſiderium Chriſti eſt. Inter
S. Petrus cur continuò lachrymaretur, reſpondi
S. Ignatius Lojola in ej⁹ vita. *dero Dominum.* Et noſtri S. Patris unicum
derium *evolandi ad Chriſtum* : unde magna cum
tia alloquebatur Dominum cum Prophetâ : *E*
*cuſtodia animam meam ad confitendum nomini*
Ama igitur Chriſtum, O anima mea, pe
deſiderij. Conſidera primò, quantum bon
Chriſtus, & deindè corde & affectu deſidera, &
ad Chriſtum. Dic cum mellifluo Bernardo: *D*
S. Bernard. *te millies, Mi Ieſu, quando venies? Me lætum quando*
*Me de te quando ſaties.*

# CAP. XIII.

## *De Quinto modo praxis amoris Dei p viam gaudij.*

S. Aug. lib. de virgin. c. 27. G*Audium ſervorum Chriſti*, aſſerit Auguſtinus
*de Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chri*
*propter Chriſtum.*

*De Chriſto*, cibando nos de Chriſto in Sacram
altaris. *In Chriſto*, habitando in Chriſto. *Cum Ch*
converſando cum Chriſto. *Poſt Chriſtum*, per im
tionem. *Per Chriſtum*, per merita ejus. Propter Chriſt
propter gloriam Chriſti.

Cujus adducit rationem, quia *accedendo ad Chri*
*illuminatur ignorantia, corroboratur infirmitas :*
*ſibi, & intelligentiâ, quâ videat, & charitate,*
*ferveat.* Cùm anima appropinquat ad Chriſtum,
cenditur lumen intelligentiæ in intellectu, ac charita
fervor inflammatur in voluntate.

Chriſtus ergò veri gaudij objectum eſt, & mediu
conducens ad Chriſtum eſt crux & tribulatio. Qu
Phil. 3. & 4 propter dicebat Apoſtolus : *Gaudete in Chri*
gaudete in Domino & infinitis ejus perfectionibu
Gaudeo & lætor, O Deus meus, ſummum Bonum
meum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN